I Udei[e] quoꝝ pfidia frequēter ad vomitū redit: ſi ad leges catholicas redire voluerint octo mēſes[f] inter catechuminos[g] eccleſie limē introeant: ⁊ ſi pura[h] fide venire noſcūtur, tūc demū baptiſmi gratiā mereantur. Q ſi caſu aliq periculū infirmitatis intra preſcriptū tēp⁹ incurrerit ⁊ deſperati fuerint, baptizentur.

I tem ex conci. Toleta. v.

¶ De iudeis pleriſq frequenter ad iudaiſmū redeūtib⁹.

P Leriq ex iudeis q̄ du dū ad chriſtianā fidē pmoti ſunt, nūc blaſphemantes chriſtū nō ſolū iudaicos ritus perpetraſſe noſcunt̄, ſed etiam abominandas circunciſiones[i] exercere: de quibus ꝯſultu pijſſimi ac religioſiſſimi dn̄i noſtri. Siſemundi‡ regis hoc ſanctū decreuit cōſiliū vt huiuſcemodi trāſgreſſores pontificali authoritate correcti ad cultū chriſtiane dignitatis reuocent̄: vt q̄s ppria volūtas non emēdat, animaduerſio ſacerdotalis coerceat. Eos autem quos circū cidūt: ſi filij eoꝝ ſint, a parentū cōſortio[k] ſeparent̄[l]: ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui libertati tradantur[m].

I tē Raba. de inſti. clerico.

¶ Ante baptiſmū diabolo et ei⁹ operib⁹ renūciare debem⁹.

P Rimū interroget̄ paganus ſi abrenūciat diabolo, oīb⁹ pompis ⁊ oīb⁹ dānoſis ei⁹ opib⁹, atq fallacijs cūctis, vt reſpuat primū errorē, ⁊ ſic appropinquet ad ꝟitatē: poſſitq iuxta apoſtolū[n] deponere veterē hominē ſm̄ priſtinā ꝯuerſationē q̄ corrūpit̄[o] ſm̄ deſideria erroris abnegās impietatē et ſecularia deſideria.

I tem Aug. de penitentia.

¶ Nō trāſit in nouā vitā que non penitet veteris vite.

O Mnis[p] qui iam ſue voluntatis arbiter[q] cōſtitutus eſt, cū accedit ad ſacramentum fideliū, niſi eum peniteat veteris[r] vite, nouā non pōt inchoare: ab hac penitentia cum baptizātur ſoli paruuli immunes ſunt: nondū enim vti poſſunt libero arbitrio.

I dem ad Salactitanū.

¶ Ante baptiſma penitentiā agere debemus.

A Gūt hoīes ante baptiſma penitētiā[ſ] de priori bus[t] peccatis, ita tamē vt etiam baptizentur, ſicut ſcriptū eſt in actibus apoſtoloꝝ loquēte petro ad iudeos, ac dicēte: Agite penitentiā, ⁊ baptizetur vnuſquiſq veſtrum in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti.

Ac.ij.

auferantur, ſerui autē liberi efficiantur.

i ¶ Circunciſiones. circūcidendo aliquos.

k ¶ Conſortio. et viris religioſis alendi tradentur: vt xxviij. q̄ōe. j. iudeorum. de paternis tamen bonis alendi ſunt. C. de alim. lib. liij.

† Filij iudeoꝝ baptizati ſuut a parentibus ſeparādi.

l ¶ Separentur. ⁊ bonoꝝ pſcriptione ⁊ perpetuo exilio dānabuntur: vt C. de iude. ⁊ ce. iudei. ſꝫ hoc ſi ſue ſecte ſunt mancipia. al's eni capite puniuntur. C. ne mā. chriſtianū. l. vna. C. de eunu. l. j. †

m ¶ Tradant̄. ꝫ. diſt. liij. ca. nulla. et ca. fraternitatem. ſed ꝯtra. ꝫ. xvij. q. vlt. iudas.

† hic qꝫ iudeis filios ſuos circūcidere licꝫ ſi tamen alios circūcideret, pena caſtratis tenerent̄: vt. ff. ad leg. cor. de ſica. l. circūcidere. hic aūt cum eis mitius agit̄ q̄ ſupra dictū ſit, qꝛ ad fidē cū penitentia reuocā tur. Ar.

P Rimū. ¶ Caſus. Ante baptiſmum debet paganus interrogari ſi abrenūciat diabolo ⁊ omib⁹ malis operib⁹ vt ſic ad veritatem poſſit peruenire, ⁊ iuxta apoſtolum veterē hominez deponere. i. vetuſtatē peccati.

n ¶ Apoſtolū. ad Epheſios ſcribētē.

o ¶ Qui corrumpitur. ſ. vetus homo. de pe. diſtinc. j. tres ſunt.

O Mnis qui. ¶ Caſus. Dicit hic qꝫ homini intelligēti qn̄ baptizat̄, ſi nō penitet, peccata nō dimittunt̄: ſꝫ huiuſmodi penitētia paruulo nō eſt neceſſaria, qꝛ libero nō vtit̄ arbitrio: ſꝫ ſacramētū baptiſmi per qđ hoīes efficiunt̄ fideles.

p ¶ Oīs. ꝫ. de pe. diſt. j. tres ſunt.

q ¶ Arbiter. ſi eſt diſcretus. h.

r ¶ Ueteris. Qđ hoīez reddit vetuſtū. et q̄dē interior pn̄ia neceſſaria eſt in adulto, exterior nō exigit̄. j. e. ſine.

P Leriq ex iudeis. ¶ Caſus. Aliqui iudeorum facti fuerunt chriſtiani, qui poſtea ad ritum iudeorū reuerſi, filios ſuos ⁊ ſeruos circūcidebāt: vnde precipitur hic vt fidem ſeruare cogātur: filij vero circunciſi ab eis

A Gūt hoīes. ¶ Caſus. Hoīes pmo debēt agere penitētiam, ⁊ poſtea baptizari. qđ pbat̄ authoritate Petri dicētis in actib⁹ apoſtoloꝝ: Agite penitētiā ⁊c.

ſ ¶ Penitentiā. i. penitudinem.

t ¶ De priorib⁹. Nunq̄d eſt p̄ceptio vel ſuaſio de hac

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

penitētia agenda? ſed cui hoc preciperet? nunqd gentili iubere pōt? nō, ſꝫ dūtaxat monere. xlvij. diſ. §. neceſſe.

N E qđ abſit. ¶ Caſus. Quidā iudei volebāt baptizari: prohibetur hic ne longa pnia eis imponat ſed tantum. xl. dierum: ne forte velint a ꝓpoſito reſilire.

compaternitas in catechiſmo ꝯcta non eſt tanti momenti vt matrimonium diſſoluat, cū vix etiā impediat. extra de cogna. ſpi. contracto.

h ¶ Suſcipiant. Et ita latius ſe extenderet charitas. xxxv. q. j. cum igitur.

a ¶ Longa. octo menſiū eſt lōga. ꝯ. e. diſt. c. iudei.

b ¶ Aut die dñica. Non obuiat qđ dictū ē. ꝯ. e. c. duo. ꝙ tantū bis in anno baptiſmus debet celebrari. illud eñ de ſolenni intelligit. i. qđ cōſecrat tāta ſolēnitate. ꝯ. e. venerab. ⁊. c. ſe.

Baptiſmus ſolennis bis tñ in anno celebratur.

c S Ine pnia. i. ſine ſatiſfactione exteriori ⁊ afflictione que ſolet exigi in pnia. nā ſine interiori in adultis vacuū eſt baptiſmi myſteriū: et ita non contradicit de pe. diſ. j. tres. ꝯ. e. oīs qui. ꝯ. xl. c. cōtra. Sꝫ illud generaliter in alijs ꝗ̄ in iudeis: illud ſpecialiter fiebat quōdam in iudeis non propter ſatiſfactionē peccati: ſed propter reuerentiā baptiſmi. quod iudei ꝓ operationem circunciſionis ⁊ alioꝝ legaliū ſacramentorum nō adeo appreciabantur.

Baptiſm⁹ adultoꝝ an valeat ſine ſatiſfactiōe.

d ¶ Gratia. ꝯ. de pe. diſ. vij. nullus expectet.

e ¶ In baptiſmate. Hoc ideo dicit qꝛ in pnia etſi dimittat pctm̄ ꝑ ꝯtritionem remanet tñ tꝑalis ſatiſfactio: i baptiſmo non. Nā tāta eſt vis ſacri ꝙ nec etiā tꝑalis ſatiſfactio in baptiſmo remanet pro peccatis. ideo non eſt mirū ſi infamia quelibet ibi dimittatur: quod non eſt in penitentia: vt de pe. di. vlt. ſi quis.

Baptiſmus eſt efficacior pnia.

I tem Grego. Fauſtino defenſori.

¶ Quadraginta dierū abſtinentia iudeis baptizandis indicatur.

N E (qđ abſit) longa[a] dilatio poſſit retro animos iudeoꝝ reuocare: cū fratre noſtro ... loci illi⁹ loquere, vt penitentia ac abſtinētia. xl. dierū indicta, aut die dñica[b], aut ſi celeberrima feſtiuitas occurrerit, eos (oipotētis dei miſericordia ꝓtegente) baptizes.

I tē Ambro. ſuper epiſtolam ad Romanos.

¶ Penitentia non eſt neceſſaria baptizandis.

S Ine penitētia[c] ſunt dona ⁊ vocatio deiqꝫ grā[d] dei in baptiſmate[e] nō requirit gemitū, nō reqrit planctū, vel opus aliquod, ſed ſolā fidē: et oīa gratis condonat.

I tem Iginius papa.

¶ Neceſſitate cogēte in catechiſmo et confirmatione idem compater eſſe poteſt.

I N catechiſmo[f] et in baptiſmo ⁊ in ꝯfirmatione vn⁹ patrin⁹[g] fieri pōt, ſi neceſſitas cogit: nō eſt tñ cōſuetudo Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiant[h].

I tē ex decreto Leonis pa.

¶ Non plures, ſꝫ vn⁹ paruulū in baptiſmate ſuſcipiat.

N On plures[i] ad ſuſcipiēdum de baptiſmo infātem accedant ꝗ̄ vnus, ſiue vir, ſiue mulier. In confirmatione quoqꝫ idipſum faciat.

I tem ex conci. Magocienſi.

¶ Qui non eſt baptizat⁹ nec cōfirmatus, alium in chriſmate vel baptiſmate tenere non debet.

I N baptiſmate vel i chriſmate non pōt aliū ſuſcipere[k] in filiolū ipſe q̄ nō eſt baptizatus[l] vel confirmatus.

I tē ex cōci. Antiſſiodoreñ.

¶ Abbati vel monacho nō licet cōmatres habere.

N On lꝫ abbati vel monacho[m] de baptiſmo ſuſcipere filios, nec commatres habere.

I tem ex lib. capituloꝝ.

¶ De eodem.

M Onachi ſibi cōpatres cōmatreſve nō faciāt, nec oſculent[n] feminas.

I tē ex ſermone ſancti Aug. poſt paſcha dñi, qui ſic incipit: Hodiernus dies.

¶ Qui in baptiſmo paruulos ſuſcipiunt, ꝓ eis apud deū fideiuſſores exiſtunt.

V Os ante oīa tā mulieres ꝗ̄ viros q̄ filios in baptiſmo ſuſcepiſtis, moneo vt vos cognoſcatis fideiuſſores[p] apud deū extitiſſe ꝓ illis quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Ideoqꝫ ſemper eos admonete vt caſtitatē cuſtodiāt, iuſtitiam diligant, charitatē teneant, ante omnia ſymbolum et oratione dñicā et voſipſi tenete: ⁊ illis quos ſuſcepiſtis de ſacro fonte, oſtendite.

I tem ex conci. Hiler.

¶ Ad baptizandi officium, et

i N On plures. ꝯ. xxx. q. iiij. qđ autē vxor. cōtra Solu. ibi.

k I N baptiſmate. ¶ Suſcipere. Sed qđ ſi ſuſcipiat? dicunt quidam ꝙ nō cōtrahit cōpaternitas. ſec⁹ ſi baptizet.

l ¶ Baptizatus. ſi alr̄ tñ fit: cū baptizare poſſit, non impedit baptiſm⁹ ſed hoc ideo inſtitutū eſt: quia patrini debent inſtruere filios ſuos in ſymbolo ⁊ i alijs. ꝯ. e. vos. hoc facere non poſſunt qui primo in eis inſtructi nō fuerunt, xlvij. diſ. §. neceſſe.

Patrini filios inſtruere debent.

m N On licet. ¶ Monacho. xvj. q. j. placuit communi.

n ¶ Nec commatres. ꝯ. xviij. q. ij. peruenit. ſed contra. ꝯ. xvj. q. j. doctos. et. xxx. q. j. † Dicit omnes. † cōtra. ſꝫ baptizando pōt, non leuando.

Dicit ... ſed ... peruenit.

o M Onachi. ¶ Nec oſculentur. forte tangit conſuetudinem alicui⁹ loci vbi cōpatres oſculabant commatres.

V Os. Caſus. Dicitur hic ꝙ qui ſuſcipit aliquē de ſacro fonte videt ꝓ illo apud deū fideiubere, et ideo dꝫ eum in bonis opibus inſtruere: ſymbolū et oratione dñicam docere. Seq. tria capi. patent.

Cōpaternitas ꝯhitur ꝑ catechiſmū.

I N catechiſmo. ¶ Hec eſt. xix. ps di. in q̄ ꝓbat quid iuris ſit de patrinis ⁊ filijs ſpūalib⁹. Jo. de fan.

f ¶ In catechiſmo. ꝯ materia iſta dixi. xxx. q. j. peruenit.

g ¶ Patrin⁹. Baz. dixit in his tñ ꝯhi cōpaternitatem, ſed h. dicit in oībus eā ꝯhi q̄ bapt. ſmū precedūt. ſed tñ

p ¶ Fideiuſſores. et hec eſt cā q̄re inſtitutum fuit ꝙ in baptiſmo ⁊ in catechiſmo ⁊ cōfirmatione q̄ nō eſt xpian⁹ non offerat puerū. cū eñ nobiſcū nō tꝫ articulos fidei ꝯtinere quāliter pōt eſſe obſes ꝓ pueroꝝ? et qualiter docebit in his que pñt ... dicunt? ſꝫ non videt ꝙ ſint fideiuſſores ꝓ pueris: qꝛ xpiani ſi querat ab eis, erit iſte bon⁹? non diceret ſic, vel nō. ꝯ. e. nō ſunt

queris. ſed ſunt quaſi fideiuſſores. ff. ad muni. l. ij. §. p̄inde ⁊ ſufficit ꝙ puer nō cōtradicat. ff. ſol. ma. l. ij. §. vlti. Nā infans furioſo cōparat̄. xv. q. j. §. vlt. ⁊ c. illud perreque. ⁊ ita eo ipſo tenent̄ paruuli, ꝙ nō ꝯdicunt. j. e. q̄ris. al's eñi non tenent̄ fideiuſſores. ff. de fideiuſ. omnis.

alioquin debent rebaptizari.
e ¶ Non reſpōderint. i. reſpōderint inter ſe nō eſſe baptizatos i noīe trinitatis. i. patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. error enim cuiuſdā ſiue dantis ſiue accipiētis ad baptiſmum pertinere non probatur. ſ. e. diſt. ſatis.

O Mnis pbr̄. ¶ Hec eſt. xx. pars diſti. ſm̄ Jo. de fan. ⁊ hoc intellige de pbr̄o eccleſie baptiſmalis. Et ſic continuat̄. Supra dictū eſt de efficacia baptiſmi et offerētibus ad baptiſma. nunc vero ſubijcit de loco in q̄ fieri habeat baptiſmus. Archi.

xx. ps.

N On lz. ¶ Hec eſt. xxj. ps di. in qua ꝓbat p. xij. ca. ꝙ null⁹ dz rebaptizari: ſed tamē ſi neſcit̄ vtrū ſit baptizatus an nō: dz baptizari: q: nō intelligit̄ iteratū qd̄ neſcit̄ factū. ſ. ea. di. j. ſolēnitates.

xxj. ps

a ¶ Non licet. de rebaptizatione nō facienda. xij. c. adiungit.

b ¶ Tranſlationes. i. mutationes, niſi in neceſſitate, vel vtilitate. vij. q. j. mutatiōes i qua enim eccleſia quis intitulatus eſt i ea perpetuo perſeueret: vt diſt. lxx. ſanctorum. Jo. ad idē xxj. q. j. ca. j. Arch.

R Ebaptizare. c ¶ Immaniſſimū. ⁊ capite punit̄. C. ne ſanctum bap. reiteretur. l. j.

d ¶ Scel⁹ eſt. nā maius pctm̄ eſt rebaptizare chr̄ianū hominem vel catholicum q̄ᵒ hereticū. ſi ar. ꝙ maius peccatum eſt occidere chriſtianū q̄ᵒ paganuz. ſ. diſ. l. de his clericis. ⁊ xxiij. q. v. ſi non licet. Sed cōtra videt̄ ꝙ q̄ paganum occidit, ⁊ corpus ⁊ animā occidit. ⁊ videtur occaſionē dare ꝑdendi animā eius. ſed cū occidit chriſtianū, animā ei⁹ nō occidit: q: forte bon⁹ eſt. ſil'r ⁊ in p̄mo videt̄ eſſe equale pctm̄, q: ſimiliter iniuria ſacſo fiet i iſto ſicut in illo. ſed forte quia hereticus a deo receſſerat, videtur ꝙ magis eſſet rebaptizandus: et ideo dicit minus peccatum eſſe in iſto q̄ᵒ in illo.

Xp̄ianū occidere an grau⁹ ſit q̄ᵒ paganū? ad h⁰ xxiij. q. ij. ſi habes. iuxta ſi.

Hec ē ſnīa H. et L. q̄ nō fuit iſta gl. Archi.

D E arrianis. ¶ Caſus. Si arriani reuertentes ad fidem catholicā dixerint ſe baptizatos in noīe patris et filij ⁊ ſpiritus ſancti, debent tantum reconciliari:

ad veſtimenta altaris lauanda ſacerdos ꝓpꝛia debet habere vaſa.

O Mnis preſbyter q̄ fontem lapideū habere nequiuerit, vas cōueniens ſolūmodo ad baptizandi offm̄ habeat: quod extra eccleſiam nō deportetur. ſimiliter ad corporale lauandum, ⁊ ad pallas altaris ꝓpꝛia habeātur vaſa, in quibus nihil aliud fiat.

I tem ex concil. Cartha. iiij.

¶ Neqꝫ rebaptizatiōes neqꝫ reordinationes fieri licet.

N On licet[a] fieri rebaptizationes, neqꝫ reordinationes vl' trāſlationes[b] epiſcoporum.

I tem ex ep'la Auguſtini ad Maximum. ¶ De eodem.

R Ebaptizare hereticuz hominem qui hec ſancte trinitatis ſigna ſuſceperit que chriſtiana tradidit diſciplina, omnino peccatū eſt: rebaptizare autem catholicum immaniſſimum[c] ſcelus[d] eſt.

I tem ex concil. Arelaten.

¶ De Arrianis quādo baptizentur, et non.

D E arrianis q̄ ꝓpꝛia lege ſua vtūtur: placuit, ſi ad eccleſiā aliqui de hac hereſi venerint, interrogent eos noſtre fidei ſymbolū ſacerdotes ⁊ ſi ꝓuiderint eos in p̄re et filio et ſpiritu ſancto eſſe baptizatos, manus eis tantum imponant, vt accipiant ſpiritum ſanctum. qui ſi interrogati non reſponderint[e] hanc trinitatem, baptizentur[f].

I tem Greg. iiij. Bonifa.

¶ Baptizent̄ de quib⁹ ignoratur an ſint baptizati.

P Aruulos q̄ a parētib⁹ ſubtracti ſunt: ⁊ an baptizati ſunt an nō, ignorat̄: vt hos baptizare debeas[g] ſm̄ patrum traditiones ſi non fuerit qui teſtificet̄[h], ratio[i] poſcit.

I tem ex concilio Carthaginenſi. v. ¶ De eodem.

P Lacuit de infantibus, quotiēs nō inueniūtur certiſſimi teſtes qui eos baptizatos ſine dubitatione eſſe teſtētur[k], neqꝫ ipſi ſunt ꝑ etatē[l] idonei de tradit̄s ſibi ſacramētis reſpondere abſqꝫ vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari. hinc etiam legati maurorum[m] fratres chariſſimi conſuluerunt: quia multos tales a barbaris redemerunt. Similiter de eccleſijs quotiens ſuper earū cōſecratione heſitat̄ agēdum eſt. i. vt ſine illa trepidatione conſecrentur. I tem Leo papa Leoni Rauennati archiepo. ¶ De eodem.

f ¶ Baptizent̄. idē diceret vbi nihil diceret de forma, cū dicerent ſe baptizatos. et hoc ideo q: quidā baptizati ſunt in forma, alij non. ſed ſecus diceret de baptizato in eccleſia, lz nihil de forma diceret: vt. j. c. placuit.

Ut. ſ. j. q. j. §. ſz notādū. ⁊ c. ſeq.

P Aruulos. g ¶ Debeas ſ. di. lxviij. pbr̄i q̄ſ. et §. quod ergo.

h ¶ Qui teſtificetur. Eos baptizatos eſſe.

i ¶ Ratio. Nā in talibus certius eſt tenēdū. ex̄ de ſpō. iuuenis. de pe. diſ. vlti. c. ante pe. ⁊ vlti. Joan.

P Lacuit ¶ Caſus Infātes quidam fuerunt a barbaris capti. cū redimebantur: dubitabat̄ de eis vtrū eſſēt baptizati: cuz de hoc teſtes non apparebāt: nec infantes poterāt de hoc reſpondere iō querebat̄ q̄d deberet fieri de his? Et reſpōdet ꝙ p̄nt ſine ꝑiculo rebaptizari: ſil'r eccl'ie poſſunt ꝯſecrari cum de earū dubitatur conſecratione.

Iſtā gloſ. dt ſingu. Brix. in ſuo dictionario i ſ̄. baptiſm⁹. ad hoc ꝙ vn⁹ teſtis probet quē eſſe baptizatū quā tenēt ſūmiſte.

k ¶ Teſtent̄. creditur ergo teſtimonio vnius in baptiſmo, ⁊ in ꝯſecratione eccleſie: ſec⁹ in ordine. xcviij. diſtin. ap̄hros. ⁊ q̄ ſit ratio, dicit̄. j. q. j. §. ecce cū honoris. et circa talia pericula vertit̄. xlij. diſ. quieſcamus. Sz pone ꝙ q̄s ꝓbat ſe ordinatū quo ad ſpeciē facti: aliquis excipit contra eū dicēdo eū nō fuiſſe baptizatū: nūquid crederet̄ tunc teſtimonio vnius quo ad baptiſmū? dicit H. ꝙ vbi nō fit alij preiudiciū, creditur, al's non. vnde non poſſet de baptiſmo ſuo perhibere teſtimonium ſi ſub ea conditione ei relictum eſſet legatū, ſi eſſet baptizatus: quia fieret preiudicium heredi.

ad h⁰ extra de cri. fal. q̄ᵒ ſui. Archi.

l ¶ Per etatē. arg. aliquem poſſe teſtificari de his q̄ in infantia vidit: arg. diſt. xxxvij. relatum.

m ¶ Mauroꝝ. mauri iſti ep̄i erant: q: ff̄es eos vocāt. Uel dic ꝙ eſt vocatiui caſus illud fratres chariſſimi.

Cum itaq;. Caſus. Quidā non erat memor ſui baptiſmi, nec alij eum ſuper hoc certificabāt: et ideo petebat baptizari. ſup hoc conſultus papa reſpondet dicens ꝙ ꝗuis peccatū ſit aliquē rebaptizare, tamen iſte qui de baptiſmo ſuo dubitat, ſine formidine poterit baptizari: et ſi talis perſona īciderit, ſi res patiť, debet de veritate inquiri et ſi nō poterit de baptiſmo eius cōſtare, debet baptizari nec hoc ꝑ iteratione habetur.

a ¶ Nec ille. ſ. baptizetur ſubito: et ſine examinatione vt. ĵ. eo. ca. dicit longo autez tpe debet inquiri: quia periculoſum eſt baptiſatū rebaptizare. vnde ſequitur: ſcimus ⁊c.

b ¶ Qui teſtimonio. Arg. vni⁹ teſtimonio eſſe credendum qn̄q;: arg. ſ. e. paruulos, et hic hoc caſu tm̄ credēdū eſſe chriſtiano, et non pagano vel iudeo teſtificanti. Et eſt arg. ꝙ quis poſſit teſtificari de his que vidit ī pupillari etate: argu. xxxvij. diſtinctione relatum.

Teſtificari lz de hisq̄ viſa ſūt ī pupillari etate.

Et. ſ. ea. di. c. pri. ſ. ʒ ī eo qđ le. ⁊ no. iij. q. ix. teſtes.

Cum itaq; baptiſmi ſui nihil recordeť qui regenerationis eſt cupid⁹, nec aliter atteſtari de eo poſſit q̇ ſciat ſe cōſecratū: nec ille[a] q̇ cōſecrať: ſcim⁹ q̇dē inexpiabile eē facin⁹ q̊tiens iuxta hereticoꝝ dogmata cōtra ſctōꝝ patrum inſtituta cogiť aliq̇s lauacruz qđ regenerādis ſemel tributū eſt, bis ſubire, aptica reclamāte ſn̄ia, q̄ nobis vnā p̄dicat in trinitate deitatē: vnam in fide cōfeſſionē: vnū in baptiſmate ſacrm̄. Sz in hoc ſiľe nihil formidatur, qm̄ non pōt in iterationis crimen venire qđ oīno factū eſſe neſciť: atq; ideo quotiens pſona talis inciderit, ſolita primū examinatiōe diſcutite: ⁊ lōgo tp̄e (niſi forte ſupremus finis imineat) indagate, vtrū nemo penit⁹ ſit q̇ teſtimonio[b] ſuo iuuare poſſit ignorātiā neſcientis: et cū conſtiterit hunc qui baptiſmatis indiget ſacramento, ſola inaniter ſuſpicione prohiberi: accedat intrepidus ad cōſequendā gratiā, cui⁹ in ſe nullū ſcit eſſe veſtigium: nec vereamur huic ſalutis ianuā aperire quā nūq; ante docetur ingreſſus.

Idem. ¶ De eodem.

Si nulla extāt īdicia inter ꝓpiquos ⁊ familiares: nulla īter clericos aut vicinos quibus hi de quib⁹ q̄riť, baptizati fuiſſe doceanť: agendū eſt vt renaſcātur, ne manifeſte pereāt in q̇b⁹ qđ nō oſtēdiť geſtū, nulla rō ſinit vt iteratū videať. Qui aūt poſſunt meminiſſe ꝙ ad ecclīaz veniebāt[c] cū parētibus, poſſunt recordari an qđ eoꝝ parētibus dabať, acceperint[d]. ſed ſi hoc etiā ab ipſa memoria alienum eſt, cōferendū eis videť: quod collatū eſſe neſciť: q; nō temeritas interuenit preſumptionis vbi eſt diligētia pietatis.

Item Aug. cōtra Julianū.

¶ Non baptizatur cū matre quicquid in eius corpore eſt.

Si ad matris[f] corp⁹, id qđ in ea cōcipiť ptinet ita vt ei⁹ pars deputeť: nō baptizareť infans cui⁹ mater baptizata eſt aliq̊ mortis vrgente periculo cum eum geſtaret in vtero. Nunc vero[g] cū etiam ipſe baptizeť, non vtiq; bis baptizatus habetur: nō vtiq; ad maternū corpus cum eſſet in vtero, pertinebat.

Item Iſid. ſentētiaꝝ lib. j.

¶ Quare nō baptizatur cum matre qui in eius vtero eſt.

Qui ī maternis ſunt vteris: ideo cum matre baptizari nō poſſunt[h], q; qui natus adhuc ſm Adam non eſt: ſm chriſtū regenerari nō pōt.

tre? et dicitur per tria ca. ꝙ non. Jo. de fan.

¶ Caſus. Julianus ⁊ quidā alij heretici dicebant puerum in vtero matris baptizari ſi mater grauida baptizabatur: q; credebāt puerū in vtero conſtitutū eſſe partem materni corporis: et credebant quicquid eſſet in homine baptizari cū ipſe baptizatur. Iſtos aūt Aug. reprehēdit in hoc capi. dicens ꝙ puer natus debet baptizari: q; ad maternum corpus cum eſſet in vtero, non pertinebat.

f ¶ Si ad mrīs. Pone caſum. ĵ. e. ſi qua mulier, q; forte dicebat Julian⁹ ꝙ mulier pregnās non debet baptizari, ꝓpter iuris impoſſibilitatē: quia baptizaretur puer in vtero: ⁊ ita poſtq; eſſet editus deberet baptizari, ꝓpter illud: Niſi q̇s renatus fuerit ⁊c. videtur tamen ꝙ bene dicebat: quia ſi mater manumittitur, ⁊ partus. inſti. de ingenuis. ꝟ. ij. et q; part⁹ pars eſt viſcerum. ff. de ven. inſpi. l. j. Sed ad primum dic ꝙ baptiſma eſt perſonale beneficiuz: vt ĵ. eo. ſi qua. nec pſonā egrediť. ff. ſolu. mat. q; ſecus in manumiſſiōe. ideo diciť partus pars viſcerū: Dic vt. ſ. e. ſi quicq̇d. Q; autem nō baptizetur puer in ventre ſatis oſtendit ratiōe. ĵ. eo. qui in maternis. quia cū natus non ſit, regenerari non poteſt.

mulier pgnāte an baptizari poſſit.

xxij. pars.

Preſūptio ex ſignis colligiť.

dñi recepiſſe, preſumptio eſt ꝓ eis ꝙ fuerūt baptizati.

c ¶ Veniebant. Argu. ex vno aliud eſſe preſumēdum. arg. ex ſignis preſumptionē eſſe colligendam. xxvij. q. j. vidua quidem. ſ. xx. q. ij. ca. j.

d ¶ Acceperint. ſacrm̄. ſed de quo hic dicit. Nam ſi de ſacro baptiſmi nō ꝑuenit memoria, ſz de ſacro euchariſtie, ſiue de pane benedicto, ad preſumptionem ſuſcepti baptiſmi inducitur per hoc ꝙ talia receperūt. Et ita eſt arg. ꝙ vnū factū ꝓbať per aliud. xviij. diſt. peruenit.

e ¶ Memoria. i. per auditum. arg. ff. de aqua plu. arc. l. j. et. l. in ſumma. ꝟ. idem labeo.

Si ad. ¶ Hec eſt. xxij. pars diſtin. in qua queriť ſi baptizeť grauida mater, vtrū filius baptizeť in ven-

g ¶ Nunc vero. Non duxit Julianum ad metam redargutionis Auguſtinus: quia forte hoc concederet prima facie Julianus: ſed ad metam inopinabilis: quia forte Julia. hic erat contra communem opinionem, hoc modo concludit. ſ. e. oſtenditur.

Qui in maternis. ¶ Caſus. Querebatur ab Iſidoro quare partus non baptizatur cum matre pregnante? qui reſpondet hoc ideo cōtingere: quia qui nondum natus eſt ſm Adam, ſm Chriſtum renaſci nō pōt. Additur etiam ꝙ ſi quis ꝑmanet in mortali peccato, et accipit corpus chriſti: non proficit ei ad ſalutem.

h ¶ Non poſſunt. Siľe. xxxij. q. ij. Moyſes, ⁊ arg. contra. ff. de iniuſt. rup. ⁊ irri. teſt. nam et ſi.

vel. q ſi. l.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ¶ Qui ſcelerate. ſ. ea. diſt. ij. qui ſcelerate.
b ¶ Se tali. ſ. ea. diſt. ij. quotidie. Jo.

SI qua. ¶ Caſus. Querebatur vtrum debeat mulier cum voluerit baptizari? Et reſpondet q ſic: nec in hoc aliquid habet commune cum filio, nam alia eſt voluntas matris, alia filij: et ideo cuiuſlibet eorum voluntas in confeſſione eſt inquirēda.
c ¶ Quādo voluerit. ſ. diſt. v. baptizari. et ca. cum enixa. Bro. li. iiij. grauidam baptiſmi.

QUi bis ꝛc. ¶ Hec eſt. xxiiij. pars diſ. in qua queritur qđ iuris ſit de rebaptizatis. Et eſt ſciendum q ſcienter rebaptizatus eſt i perpetuū irregularis: ſi aūt ignoranter, diſpenſetur cū eo ex cauſa. Joan. de fan.
¶ Caſus. Si aliquis per ignorantiā rebaptizatur, non debet puniri: tamen nō debet promoueri niſi ex neceſſitate. qui ſ͛o ex certa ſciētia hoc fecit ſeptē annis debet penitere. iiij. et vj. ferijs: et tribus q̄dragesimis quolibet anno. ſi pro vitio corporis purgādo vel pro here ſi hoc fecerit, eodē modo peniteat. ſi propter ſimplicitatem credēs hoc ſibi ad ſalutē prodeſſe hoc fecerit, tribus annis peniteat.

*Promoueri nō poſſunt rebaptizati etiam ignorāter.*

neq enī dici in eū regeneratio poteſt, quē generatio non preceſſit. Qui ſcelerate[a] viuūt in eccleſia, et cōmunicare nō deſinunt, putātes ſe tali[b] cōione mūdari: diſcāt nihil ad emundationem proficere ſibi.

Item ex conci. Martini pa.

¶ De eodem.

SI qua mulier pregnās deſiderauerit gratiam baptiſmi pcipere: quando voluerit[c], habeat poteſtatē. nam nihil participat in hoc mater infanti qui naſcitur, propterea q vnicuiq propria voluntas in cōfeſſione monſtratur.

Item ex pniali Theodori.

¶ De his qui ignoranter bis baptizantur.

QUi bis ignoranter baptizati ſunt, non indigent pro eo penitere: niſi q ſm canones ordinari[d] nō poſſūt: niſi aliqua magna neceſſitas cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati ſunt: qr quaſi iterum crucifixerūt chriſtū: per ſeptem annos peniteant quarta et ſexta feria: et tres quadrageſimas ieiunēt ſi pro vitio[e] aliquo fecerit. ſimiliter[f] ſi pro munditia[g] putauerint: tribus annis ſimiliter peniteant.

Item Felix papa.

¶ De his q ex induſtria bis baptizantur.

EOs quos epōs, preſbyteros vel diaconos fuiſſe conſtiterit: et ſeu optantes forſitan ſeu[h] coactos lauacri illius vnici claruerit feciſſe iacturā[i]: vſq ad exitum ſui diē in penitētia (ſi reſipiſcant) iacere conueniat: nec orationi nec modo fidelium, ſed nec catechumenorum[k] quidē omnibus modis intereſſe: quibus laica tantū cōmunio in morte eſt reddēda. ¶ De clericis autem ꝛ monachis ꝛ puellis dei aut ſecularibus ſeruari pcipimus ꝛ hunc tenorem quē Nicena ſynodus inter eos q lapſi ſunt vel fuerint, ſeruādum eſſe conſtituit: vt ſcz qui nulla neceſſitate nullius rei timore[l] atq periculo ſe vt rebaptizentur hereticis impie dederunt: ſi tamen eos ex corde peniteat tribus annis inter[m] audientes ſint: ſeptē[n] vero ſubiaceāt inter[o] penitentes. manibus ſacerdotū duob⁹ annis etiam[p] oblationes modis oībus non ſinantur offerre: ſed tantummodo popularibus in oratione ſocient: nec confundantur

g ¶ Si pro munditia, corporis, forte non erant ſani. extra de apo. ca. ij.

EOs quos. ¶ Caſus. Hoc ca. diuidit in tres partes. In prima parte dicit Felix q epī, pbrī, ꝛ diacones qui ſpōtanei vel coacti conditionaliter ſunt ab hereticis rebaptizati, vſq ad finem vite debent in penitētia pmanere: ꝛ ab omni officio eccleſiaſtico ceſſare: in fine tamen eis laica cōmunio tribuat. In ſecūda parte dicit q miores clerici, monachi, monache, et laici ſic rebaptizati ſi adulti ſunt, debent. xij. annis penitere: aliter tamē in tribus pmis annis: et aliter in. vij. ſequentibus: et aliter in duobus vltimis. In tertia pte dicit q pueris ſic rebaptizatis, ſiue ſint clerici ſiue monachi vel laici, non eſt tanta pnia iponēda: ſed poſt recōciliationē recipiuntur ad cōmunionē. Secūda pars incipit ibi: De clericis autem. Tertia ibi: Pueris autem.
h ¶ Seu coactos. Non abſolute ſcilz per attractionem: tunc enim nō erat coactio imputanda: vt. j. q. j. cōſtat. et diſt. l. pbrōs. ſed hoc aliqua conditione propoſita: vt puta ſi non patiaris rebaptizari ſtatim occideris vel huiuſmodi. Magis ei eligenda eſt mors q̄ conſentire rebaptizari: vt. xxij. q. v. ſi quis coactus. xxxij. q. v. ita ne.

*Adde ſingulariter q clericus ad rebaptizandū adiuuans capite punit. glo. l. ij. C. ne ſac. bapti. reite.*

*coactio eſt duplex ſcz abſoluta ꝛ conditionalis.*

d ¶ Ordinari. Sed nunquid eſt hoc ita verū abſolute q ignoranter rebaptizati non poſſunt promoueri? ita ergo erit in poteſtate cuiuſlibet mihi ordies auferre: quia poteſt me dormiente rebaptizare. quia ergo durum hoc videtur, dicit Baz. q hoc intelligitur de ignorantia iuris que non excuſat: et exponit illam literam que dicit, nō indigent pro eo penitere, ſupple intantum quātum ad ſ. Hug. dicit hoc dictum fuiſſe in odium rebaptizantium olim: ſed hodie bene poſſunt promoueri: quia ignorātia facti omnino excuſat eos. Vel intellige ita dure prout litera ſonat: et ei fit preiudicium ſine culpa ſua. Arg. j. q. v. ca. j. Sed contra. j. q. iiij. placuit.
e ¶ Si pro vitio. puta p hereſi: ſicut Nouatiani ꝛ Donatiſte baptizatos rebaptizant: vt. xxiiij. q. iij. quidā autem heretici.
f ¶ Similiter. ſcilz vt mūdiores per ipſum lauacrum efficerentur, ſiue vt mundi ſint corde.

*hec ſnia videt confirmari p id qđ no. l. di. confirmādū. j ſi. de h° ēt no. j. diſti. v. dictū. Archi.*

i ¶ Feciſſe iacturam. id eſt iniuriam, patiendo ſe rebaptizari.
k ¶ Catechumenorum. ſ. ea. diſt. j. epōs nullum. cōtra. Sed ibi ſolutum eſt.
l ¶ Timore. maxime: et tunc minor pena infligit. Metus enim omnino nō excuſat ſed attenuat peccatum. extrā: quod met. cau. ſacris.
m ¶ Inter audientes. id eſt catechumenos, vel laicos, vel non communicantes.
n ¶ Septem. poſt primum triennium quo fuerant inter audientes: vt de peni. diſt. v. ſi qui vero.
o ¶ Inter penitentes. non ſolēniter. tales enim eijciuntur extra eccleſiam: vt. l. diſt. in capite.
p ¶ Etiam oblationes, id eſt non offerant ad altare. ſic xij. q. ij. de viro.

*Met⁹ attenuat pctm̄.*

Chrm negat q̃ mortaliter peccat.

a ¶ Abnegare. negat enim Chriſtum qui mortale peccatum committit. xj. q. iij. exiſtimant.
b ¶ Etatis. quantum ad hoc ſpectat. non enim coercenda eſt etas que quid agat non videt. C. de fal. mone. l. j. §. impuberes.

i ¶ Si quis. ¶ Baptizare. i. baptizatum vngere.
k ¶ Manifeſtatur. ſcʒ facere id ꝓpter qđ in eum ſententia proferatur. xxiij. q. iij. ſi quis non recto.
l ¶ Preſbyteri. ſ. diſtin. xcv. preſbyteri. iij. ⁊. v. libro brocardorum de preſbyteris. preſbyteros.

c ¶ Impoſitione. nec recōciliatoria.
d ¶ Nec eorum. ſcʒ maiorum et adultorum quorum pnia prenotata eſt. q. d. nō eſt talis pnia imponēda pueris qualis adultis: quos cenſura. i. conſtitutio noſtra excipit. i. recipit ad correctionem, penitentiam eis imponendo: vt predictū eſt in ca.

Penitētia puerorū et adultorum dʒ eſſe diuerſa.

¶ Preſbyteris. ¶ Hec eſt. xxiiij. ps diſti. in qua dicitur ꝙ ſacerdotes debent habere chriſma ad baptiſmū: et ſi omiſſum fuerit cōpleat per epiſcopum vel ſacerdotem. et ſit nouum chriſma, ſcilʒ illius anni. et hoc probat per. viij. capi. Jo. de fan.

¶ Caſus. Hoc ca. cū quatuor ſequētibus patet. Sed qđ. i. ſed nō alio niſi eo chriſmate qđ ab epo fuerit cōſecratū et cōfectum. Oleo, id eſt chriſmate. Pānū, chriſmalē. Nouo: quia quolibet āno chriſma eſt renouādū, et vetus comburēdum: vt. ſ. iij. diſti. in literis.

xxiiij. pars.

e ¶ Preſbyteris. Quo tēpore debet chriſma cōfici, et a qbus dʒ accipi. viij ca. oſtendit.
f ¶ Oleo. i. chriſmate. contra. xcv. diſti. ca. j. ſed illud ad tēpus fuit permiſſum pro vitando ſcandalo. ſi. iiij. diſt. deniqʒ.

deo colla ſubmittere, qui eum non timuerunt abnegare[a].

¶ Pueris autē qbus (qui adhuc impuberes ſunt) a pubertate vocabulum eſt: ſeu clericis ſeu laicis aut etiam ſiſibus puellis, quibus ignorātia ſuffragat etatis[b] aliquandiu ſub manus impoſitione[c] detentis eſt reddenda communio: nec[d] eorum eſt expectāda penitentia, quos excipit ad coerctionem cenſura. Item Innocentius papa Decentio epiſcopo.

¶ Preſbyteris baptizatos chriſmate vngere licet.

Preſbyteris[e], ſeu extra epm, ſeu epo preſente cū baptizāt, chriſmate baptizatos vngere liceat: ſed qđ ab epo fuerit conſecratum, nō tamen frontem ex eodem oleo[f] ſignare: qđ ſolis debet epiſcopis, cū tradunt paracletum. Item ex regiſtro Grego. ad Januariū epm Carolitanū.

¶ Baptizatos in frontibus preſbyteris vngere non licet.

Preſbyteri baptizatos infantes ſignare i frontibus ſacro chriſmate nō preſumant: ſed preſbyteri baptizatos vngant[g] in pectore: vt epiſcopi poſtmodum confirment in fronte. Item ex concilio apud Beluacum.

¶ Chriſmatis pānum ſecundo linire, ⁊ ſuper alium baptizatum mittere licet.

Si qs voluerit chriſmate pannum[h] iterum linire et ſuper alium baptizatum mittere, non eſt abſurdum. Item ex cōci. Lugdunenſi.

¶ De veteri chriſmate baptiſma conſecrare non licet.

Si qs de alio chriſmate q̃ʒ de illo nouo quod ꝑ epi largitione vel conceſſione acceperit, baptizare[i] (niſi preoccupante morte) tentauerit: pro temeritatis auſu ipſe in ſe ſue dānationis protuliſſe ſententiam manifeſtatur[k]. Item ex cōci. apud Valētiā.

¶ Non niſi a ꝓprijs epis pbri baptiſma accipiant.

Preſbyteri[l] qui dioceſanas regūt eccl'ias: non a qbuſlibet epis ſed a ſuo: nec per minorem clericum ſed per ſeipſos aut per illū qui eiuſdē ordinis[m] ſit, ante paſche ſolennitatem chriſma petant. Item ex cōci. Martini pape.

¶ Conficere chriſma ⁊ ꝑ dioceſes deſtinare oi tpe epo lʒ.

Omni tpe[n] licet epo chriſma cōficere, et per ſuas dioceſes deſtinare: ita vt ad accipiēdū chriſma diaconus[o] aut ſubdiaconus ante diē paſche de ſinglis eccleſijs ad epiſcopū deſtinet. preſbyter vero preſente epo nō ſignet[p] infantes, niſi forte ab epo fuerit illi preceptū. nec liceat preſbytero prius epo introire in baptiſteriū ſed cū epo, niſi forte aut abſens fuerit aut egrotus. Item ex concilio Auraſico.

¶ Qui baptizandi recipit officium: ſine chriſmate proficiſci non debet.

m ¶ Ordinis. hoc corrigit. j. ca. pri.

¶ Omni tēpore. ¶ Caſus. Dicit hic ꝙ epo quolibet anno dʒ chriſma cōficere, ⁊ per ſuam dioceſim deſtinare, ad accipiēdum autē chriſma diaconus vel ſubdiacon[9] tranſmittatur āte paſcha: pbr vero preſente epo nō baptizet niſi eo iubēte: nec ꝓcedat epm in baptiſterio. Signes in vertice: quia ſignare nō poſſet in fronte etiam de licentia epiſcopi.

et ca. cum ad qs. ſm L. ⁊ ad hoc facit melius. rj. q. iij. placuit vniuerſo. ⁊ ca. de ſlis. ſm P.

n ¶ Omni tpe. i. ꝑ ſingulos ānos. i. in omi anno. et ponitur hic totum ꝑ pte: ſicut al's pars pro toto: vt. xxxij. qō. iiij. meretrices. nam per dies annos ⁊c. xxxiij. q. ij. hoc ipſum. et qñqʒ etiā verbū preſentis tpis refert ad preteritū vel futurū. ff. de vb. ſig. verbum oportebat. et dicit lex ꝙ hoc verbum debuit, ſumitur pro debʒ. ff. de libe. leg. l. vlt. in princi.

De hac materia ta. ſ. e. diſ. ij. in xpo ſi. in pn. Arch.

o ¶ Diaconus. ſ. proxi. ca. cōtra. ſed illud de pbris ſedi epali ꝓximis: iſtđ de his qui octauo vel decimo lapide diſtāt intelligitur. Iſta diſtinctio habet ex cōcilio Meldenſi in brocar. li. iiij. de pſbyteris.
p ¶ Nō ſignet. in vertice: qr nec etiā ad baptiſmū debet accedere ſine licētia epi: vt. xcv. diſ. c. vlti. nā de vnctione frontis non videt poſſe intelligi. nō eñ (vt dicūt) pbr pōt eā cōferre etiā cū licētia epi: ſed de licentia pape poteſt. De qua vnctione hic loquitur: nunquid de illa que fit in fronte, q̃ ſolis ſacerdotib[9] ſcʒ ſucceſſorib[9] aplorum ꝯcedit. Nūqd ſacramētū qđ eps cōferre pōt poſſet pſbyter mi-

g ¶ Preſbyteri. ¶ Vngāt. hui[9] cōſtitutionis cauſam et myſterium inuenies. j. diſt. v. nouiſſime.
h ¶ Si quis. ¶ Pannum. quo caput pueri chriſmate in fronte circuncingitur ne recens vnctio epiſcopi deleatur vel defluat. vel quo vertex chriſmate a preſbytero perunctus obuoluitur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Sacra ꝯfalia an pōt epō ꝯce dente p ſimpli= cē pſby terū cō= ferri.

nō ꝯferre de licētia epi? Non videt, qꝛ ea q̄ ordini episco pali adherēt, nō poſſunt minori delegari: vt. xxiij. diſtin. quorūdam. ſꝫ de licētia pape poteſt: arg. diſt. xcv. ca. j. lo quit ergo hic de ea q̄ fit in vertice: ꝛ hoc ꝓpter epi reuerentiā: arg. ſ. di. ij. ca. vlt. Uel hic de puerꝭ illis quos ipſe epūs baptizauit. Et ita nō eſt ꝯtra. ſ. e. preſbyteris.

Nullus. ¶ Caſus. Quicunq̄ baptizat, debet ſecū chriſmā habere, ꝛ baptizatū inungere in vertice. et ſi quis ſine hac vnctione fuerit baptizatus, epūs ſupplebit hoc in cōfirmatione cū ei fuerit notificatū. Cuiq̄ꝫ. pbr̄o vel epō volenti eum in vertice chriſmare ante confirmationē epi: vel poſt, ſi i ipſa cōfirmatione nō fuerit ab epō chriſmatus in vertice. Hu. Habeat. i. monſtret.

a ¶ Progredi. ad baptiſmum.

b ¶ Cōmonebit. vt chriſmet eū etiā in v̄tice eodē chriſmate quo in fronte epiſcopi, preſbyteri v̄o perungunt in vertice.

c ¶ Non preiudicantes. Dixi ante cōfirmationē chriſmandū baptizatū: nec tamen per hoc preiudicam⁹ quin ſi ante factum non fuerit, poſtea fieri debet. q. d. per hoc qđ dixim⁹, non facimus preiudicium quin in alio tēpore q̄ꝫ in confirmatione poſſit hec chriſmatio fieri in vertice.

d ¶ Neceſſaria habeat chriſmatio. Uꝫ vt ſi in alio tēpore nō fieret in vertice ei⁹ chriſmatio: ſaltē tunc nō pretermittatur: quia neceſſaria eſt.

e ¶ In ſabbato. Tangitur conſuetudo eccleſie.

f ¶ Ante chriſmatis. poſtea non licet, cū chriſma ſit ſacramentum eccleſie.

Idē no. lxxv. di. ordinatiōes qđ dic vt no. ſ. e. di. c. j.

Nec quē q̄ꝫ. ¶ Caſus. Hic pmo oſtēdit ꝙ aqua benedicta q̄ hoīes q̄ baptizant aſpergunt, valet ad eorū ſanctificationē: ꝛ hoc p quaſdā authoritates veterꝭ teſtamēti. Scđo ꝙ ſpūſſanct⁹ ad mēſurā nō dat, ſed ſuper credētes equaliter infundit. ꝛ hoc per māna ſignificat, de quo in Exodo loquit ꝙ eodem modo a ſingulis colligebatur. Tertio ꝙ diabolus vſq̄ꝫ ad baptiſmum nocet, ſꝫ in baptiſmo vires amittit omnino: ſicut Pharao vſq̄ꝫ ad aquas reſiſtere potuit, ſꝫ in mari rubro periit. Hu. v̄o intelligit hoc ca. de aſperſione aque benedicte, et non de baptiſmo. vnde ſic ponit caſum. In prima parte illius cap. oſtendit Cyprianus qualiter homines aſpergātur aqua ꝯſecrata. vnde hoc habuit initium, ſcꝫ a veteri teſtamēto. ad qđ oſtendendum multas inducit authoritates veteris teſtamēti. In ſcđa parte oſtēdit ꝙ huiuſmodi aſperſio aque et in nouo et in veteri teſtamento videtur eſſe ad inſtar baptiſmi, ſꝫ in hoc ſit differentia, quia in aque aſperſiōe aq̄ inequaliter fundit ſuper ſingulos, ſꝫ in baptiſmo gratia ſpiritusſancti oīb⁹ equaliter cōfertur niſi fictio ipediat. In tertia pte oſtenditur ꝙ diabol⁹ licꝫ vſq̄ꝫ ad baptiſmū habeat vires, in baptiſmo tamē debilitatur omnino, ꝛ vires amittit. ꝛ hoc ꝓbat per exēplum. nā Pharao vſq̄ꝫ ad aquas maris ſecutus eſt filios iſrael: ſed poſtq̄ꝫ illuc venit, in ipſa aq̄ ſubmerſus eſt ꝛ extinctus. Sed lꝫ ita poſuerint Ben. ꝛ Hu. in apparatu, tamē ponitur (et litera ca. ſatis innuit) in pluribus locis ꝙ de baptiſmo intelligitur, et de illis q̄ propter egritudinem immergi non poſſunt. Baptizantur egri. i. volūt baptizari.

Ezec. xxxvj. f.

Nūe. xix. b.

Nūe. xix. c.

Nūe. viij. a.

Nullus miniſtroꝝ q̄ baptizādi recipit officiū ſine chriſmate vſq̄ꝫ dꝫ ꝓgredi ᵃ, qꝛ inter nos placuit ſemel in baptiſmate chriſmari: de eo autē q̄ in baptiſmate q̄cūq̄ꝫ neceſſitate faciēte chriſmat⁹ non fuerit, in ꝯfirmatione ſacerdos cōmonebit ᵇ: nā inter nos chriſmatis ipſi⁹ nō niſi vna benedictio eſt. Nō preiudicātes ᶜ cuiq̄ꝫ hoc dicim⁹, ſꝫ vt neceſſaria habeat chriſmatio ᵈ.

Item capitulorum libro. v. c. lxxvj.

¶ Anteq̄ꝫ chriſma infundat, ad aſpergendum aquā de fonte accipere licet.

In ſabbato ᵉ ſctō paſche vel pentecoſtes ſi quis velit aquam conſecratā in domo ſua ad aſperſionem recipere, ante chriſmatis ᶠ infuſionē percipiat.

Item Cyprianus papa.

¶ Unde aſperſionis ſanctificatio exordiū ſumpſerit.

Nec quē q̄ꝫ dꝫ mouere ꝙ aſpergi vel ꝑfundi iubētur egri cū gratiā dn̄icā conſequunt, cū ſcriptura ſacra per Ezechielē ꝓphetā loquat ꝛ dicat: Aſpergā ſuper vos aquā ᵍ mundā, ꝛ mūdabimini ab oīb⁹ immundicijs veſtris, ꝛ ab oīb⁹ ſimulacris veſtrꝭ mūdabo vos, ꝛ dabo vobis cor nouum ʰ, ꝛ ſpiritum nouum dabo in vobis. Item in Numeris: Qui tetigerit cadauer hominis, ꝛ propter hoc ſeptem diebus fuerit immūdus: aſpergatur de hac aqua die tertia ꝛ ſeptima, ꝛ ſic mundabit. Item ſi fide ⁱ trinitatis mūdat⁹ non fuerit, in reſurrectione apud ſanctoꝝ collegium ᵏ immundus erit: ſi die tertio ˡ aſperſus non fuerit, ſeptimo ᵐ non poterit emundari. Omnis ⁿ qui tetigerit humane ᵒ anime morticinum, ꝛ aſperſus ex hac cōmixtione non fuerit, polluet ᵖ tabernaculū ᑫ dn̄i, ꝛ peribit ex iſrael: quia q̄ aqua aſperſus non eſt expiationis, immūdus erit, ꝛ manebit ſpurcicia eius ſuper eum. Et iterū. Et locut⁹ eſt domin⁹ ad Moyſen dicens: Accipe Leuitas de medio filiorum Iſrael, et purificabis eos, et ita facies eis purificationem eorū: Circunſperges eos aqua purificationis. Et iterum. Aqua

g ¶ Aquā mundā. Que fiebat ex aſperſione cineris vitule ruffe: vt habet ex lib. Nume. ſ. diſt. iij. aquā.

h ¶ Cor nouum. i. virtutib⁹ innouatum.

i ¶ Fide. quā ſignificat dies tertius.

k ¶ Sanctoꝝ collegiū. Ubi erit perfecta requies.

l ¶ Si die tertio. i. in fide trinitatis.

m ¶ Septio. i. ſeptia etate deſcētiū. null⁹ em̄ meret niſi in corpore. ꝛ hic oē meritū cōparat. xiij. q. ij. tēpus.

Meret nullus niſi i corpore.

Addicio. Et eſt ſenſus, niſi hō q̄ pollut⁹ eſt pctō fidē trinitatis habuerit, requiē non habebit in futura vita q̄ ſequet poſt ſeptenariū preſentis vite. Archi.

n ¶ Omnis. Uerba legis Moſaice. H.

o ¶ Humane. i. oīs ille dꝛ tāgere morticinū q̄ poſt lachrymas culpas repetit: vt de pe. di. iij. baptizat. Morticinū pōt dici a morte, ꝛ cado vel cedo. ꝛ ſic diuerſis modis ꝓnūciari. v̄ſ⁹. Morticina cadūt ferro, morticinia morbo.

Morticinū tāgere q̄s dicit.

p ¶ Polluet. ad literā. i. pollut⁹ reputabit, ꝛ nō intrabit in tabernaculū cū alijs. lxxxj. diſt. oportet.

q ¶ Tabernaculum. i. ſeipſum, qui eſt pars tabernaculi dei. i. eccleſie, et ſic tabernaculum id eſt eccleſia: vt xxvj. q. ij. ſed ꝛ illud.

aſperſionis purificatio eſt. vn̄ apparet aſperſionem q̄ꝙ aque inſtar[a] ſalutaris lauacri obtine re: ⁊ quādo hec in ecclia fiunt, veriſſime ſcitur per accipiētis et dantis fidem integrā[b] ſtare oīa, ⁊ ꝯſummari ac perfici poſ maieſtate dn̄i, ⁊ fidei verita te. Spiritꝰ vero ſanctꝰ non di menſuratur,[c] ſed ſuper creden tes totꝰ infunditur. nā ſi dies oībus equaliter[d] naſcitur: et ſi ſol ſuper om̄es pari ⁊ equali lu ce diffundit, quāto magis chri ſtus ſol ⁊ dies verꝰ in ecclia ſua lumen vite eterne pari equali tate largitur: cuius equalita tis ſacramentum videmus in Exodo eſſe celebratum cū de celo manna deflueret, et futu rorū prefiguratione alimentū panis celeſtis, ⁊ cibum vel cul tum chriſti veniētis oſtēderet. Illic enim ſine diſcrimine, vel ſexus, vel etatis, gomor ſingu li equaliter colligebāt: vnde ap parebat chriſti indulgentiā et celeſtē gratiā[e] poſtmodū ſecu turā equaliter oībus diuidi: ſi ne ſexus varietate, ſine annorū diſcrimine, ſine acceptione per ſone ſuper omnē dei populum ſpiritualis gratie dei munꝰ in fundi. Plane eadē gratia ſpiri tualis que in baptiſmo equali ter a credētibus ſumit, in ꝯuer ſatione atq; actu noſtro poſt modū vel minuit[f] vel augetur, vt in euāgelio dominicū ſemē equaliter ſeminat, ſ; ꝓ varieta te terre aſſumit: aliud in mul tiformē copiam, vel trigeſimi, vel ſexageſimi, vel centeſimi numeri fructum exuberanter cumulatur: ꝙ ſi aliquis in illo mouet ꝙ quidā ex his qui ba ptizant, egri ſpiritibꝰ immun dis adhuc teneantur: ſciat dia boli neq̄tiam pertinacē vſq; ad aquam ſalutarē valere: in ba ptiſmo vero oīs nequitie[g] ſue vires amittere[h]. Quod exem plum cernimus in Pharaone, qui reluctatꝰ, ⁊ in ſua perfidia demoratꝰ tādiu reſiſtere po tuit et ꝓualere, donec ad aquā veniret: quo cū veniſſet, victus eſt ⁊ extinctꝰ. Mare illud ſacra mentum baptiſmi fuiſſe decla rat beatꝰ Paulꝰ, dicens: Nolo enim vos ignorare fratres, q2 patres noſtri omnes ſub nube fuerūt, ⁊ omnes ꝑ mare trāſie rūt, ⁊ omnes in Moyſe bapti zati ſunt, ⁊ in nube ⁊ in mari. et addidit dicēs. Hec autē oīa in figura noſtri facta ſunt: ꝙ ho die vcz per exorciſtas voce hu mana, et poteſtate diuina fla gellet ⁊ vrat ⁊ torqueat diabo lus: ⁊ cū exire ſe ⁊ hoīes dimit tere ſepe dicat: in eo tm̄ qd̄ dixe rat, fallat: ⁊ id qd̄ per Pharao nem[i] prius geſtū eſt, eodē mo do obſtinatiōis ⁊ fraudis exer ceat: cum tamē ad aquā ſaluta rem atq; baptiſmi ſanctificatio nem venit, ſcire debemꝰ ⁊ cōfi dere ꝙ illic diabolꝰ opprimit: ⁊ homo dicatꝰ deo diuina indul gentia liberatur.

Item Ioā. Chryſo. in epiſtola ad Hebreos.

**De his qui vſq; ad exitum vite ſuſcipere baptiſma diffe runt.**

Quando q̄s ꝓpterea pec cat, vt ſanctū baptiſma in nouiſſima ſua expiratiōe ſu ſcipiat, fortaſſis non adipiſcit: et credite mihi, non terrēs vos dico qd̄ dicturꝰ ſum: multos noui qui hoc paſſi ſunt, qui ſpe baptiſmatis multa peccabant: circa diē autē mortis diſceſſe runt[k] vacui: deꝰ enim propter hoc baptiſma tribuit, vt ſoluat peccata, nō vt addat: ſi vo q̄s[l] ad hoc vtit baptiſmate, vt am pliora deliquat, ipſum ferit ne gligentie cauſa.

Item Auguſtinꝰ ad Bonifa.

a Inſtar. inſtar fuit apd̄ eos, nā modo nō eſt inſtar.
b Integram. ac ſi integre eſſet aſperſus.
c Non dimēſuratur. q. d. ſicut aq̄ non ad menſuram ſuper ſingulos infunditur, ita ſpiritus ſanctꝰ ſine perſonarū acceptione in baptiſmo omnibus fidelibus traditur. Uel dimenſuratur .i. non per partes datur: al's dimenſurant.

Spūs ſanctꝰ p partes nō dat.

d Equaliter .i. non differenter ꝓpter ſexuum vel annorum diuerſitatem. non enim huic plus confert, quia vir: illi minus, q2 femina, ⁊ ſic de alijs qd̄ quidē eſſet acceptio perſonarum. vnde ſequitur hic ſine acceptione ⁊c̄.

Gr̄a oībꝰ in baptiſmo ꝯfert.

Conc. in ſimili tex. in aut. de mona. §. hinc nobis. col. j. ⁊ i l. cōmuni hereda. ff. d iſta. ho.

e Gratiam. hic manifeſte videtur ꝙ gratia cōfert in baptiſmo ⁊ paruulis ⁊ adultis. ſ; potes hic appellare gratiā remiſſionē peccatorum. Quid iuris ſit de hoc, habes ex̄ de bap. ⁊ eiꝰ effec. maiores.
f Uel minuitur. Argu. ꝙ charitas poteſt minui: ſ; nō eſt hoc verū, quia non deficit charitas, ſed magis ꝓficit: ſed dicit minui, quia vnꝰ h; maiorē charitatē q̄ alter. xx. diſt. §. j.
g Omnis neq̄tie. q. d. ſciat. et ſi poſt baptiſmū vexet corpus, aīe tamen non pōt nocere. Uel forte non prorſus liberatur baptizatꝰ: vt in fi. dicitur.

Mat. xiij. b.

h Amittere. ſ. eo. ſiue. ⁊ ca. exhic. et ca. dehinc. contra. ſed ibi dicitur ꝙ ſignificetur expellendus, et vim amiſſurus. vel dic ꝙ amittat in exorciſmo vt nō habeat tantā vim quātā prius: ſed in baptiſmo ex toto eam amittat: quo ad animā, quia extinguuntur peccata per que hominem poſſidebat: vt. ſ. eo. poſt q̄. Utrū liberat in baptiſmo demoniacus a vexatiōe corporali, nō ſatis elucet. in fine ſic videt dici. Uel intelligatur de liberatione anime.

Diabolus perdit vires ꝑ baptiſmum.

Exo. xiiij.

i Per pharaonem. Quia ſc; ipſe pharao dicebat ꝙ dimitteret populū, nec dimiſit donec fuit ventum ad mare rubrum.

j. cor. j. a.

Quando q̄s. Hec ē. xxv. pars diſt. in qua dicitur ꝙ non d; q̄s expectare baptizari vſq; ad mortem quoniam quādoq; fruſtratur ſpe. Io. de fan.

Ibidē

Caſus. Quidā homines baptizari differebāt, ⁊ ſub ſpe cōfidenter peccabant, ſcilicet vt in morte baptizarentur, et ſic tunc ab omni peccato mundarentur: tales in hoc ca. reprehēdūtur, quia quandoq; ſolent decipi, et ſine baptiſmo mori: nec eſt datus baptiſmus vt peccata augeantur, ſed vt deleantur.
k Diſceſſerūt. non videtur ꝙ vacui recederēt ex q̄ baptizari voluerunt: vt ex̄ de bap. debitum. immo ſic, quia culpa ſua nō perceperunt, nam imputatur eis qd̄ accidit culpa ſua. xv. queſtione. j. ca. pen̄. ff. loca. ſi quis domum.

Nō h ar. ꝙ cū q̄ in pu mis ic potꝰ neglexit ad ordines pro moueri arg. ad id. ex̄ de elect. cū l veteri. iuxta ſi. ⁊ qd̄ dr̄ xi. q. iij. c. ibi videas. Ar.

l Si vero quis. ſi. ar. extra de ap. reprehēſibilis. xxij qōe. ij. is autem. et licet baptiſmus dimittat pctā, non tamen dat licentiam peccādi: vt. j. q. vij. exigunt.

¶ Paruulis baptizatis parē tum non nocet perfidia.

Queris a me vtrū parē tes baptizatꝭ ſuis puu lis noceant cū eos demoniorꝫ ſacrificijs ſanare conāť. Quo modo eis proſit cū baptizan tur parētum fides, quorū eis non poteſt obeſſe pfidia? Ubi reſpōdeo tantā illi⁹ ſacramen ti (hoc eſt baptiſmi) ſalutaris eſſe virtutē in ſancta cōpage corporis Chriſti, vt ſemel re generatus per[a] aliorꝫ volūta tem[b] deinceps nō poſſit vincu lo[c] aliene iniquitatis obſtringi, cui nulla ſua volūtate conſen ſit. Anima enī patris mea eſt (inquit[d]) ⁊ aīa filij. Et iterum. Aīa que peccauerit, ipſa mo rietur. nō enī peccat ipſa cum parētes eius oīno neſciēti vel quilibet eius adhibet ſacrile gia demoniorum. Si vero ex Adam[e] traxit[f] quod ſacramē ti illius grā ſolueretꝛ, quia nō dum erat anima ſeparatim vi uens. i. altera aīa: de qua diceretꝛ. Et anima patris mea eſt et anima filij. Jam itaqꝫ dicit[g] ꝙ cum homo in ſeipſo eſt, ⁊ ab eo q̇ genuit alter effectus, pec cato alterius ſine ſua[h] cōſcien tia non tenetur obnoxius[i]. Quō itaqꝫ[k] in paruulum ma iores peccant offerentes eum atqꝫ obligare conantes demo num ſacrilegis vinculis? non eſt aīa vtroruꝫqꝫ cōmunis: vt etiā culpā poſſint habere com munem. non enim ſic cōmuni catur culpa per alteri⁹ volun tatem, queādmodum[l] cōica tur grā per ſpūs ſancti vnita tem. Item. Regenerans ſpi ritus ſanctus in maioribus of ferentibus et paruulo renato oblatoqꝫ cōis eſt. Item. Per hanc ſocietatē vnius eiuſdēqꝫ ſpūs pdeſt offerētiū volūtas puulo oblato: pōt enī ⁊ i hoc ⁊ in illo hoīe (etiā ſi ſe inuicē ne ſciant) vnus ſpūs eſſe: per quē ſit vtriuſqꝫ gratia cōis: non tn̄ poteſt ſpūs vnus eſſe hoīs hu ius et illius per quē peccat al ter: vt altero non peccante ſit tamen culpa cōis. ac per hoc pōt paruulus ſemel ex paren tum carne generatus, dei ſpi ritu regenerari: vt ex illis obli gatio cōtracta ſoluatꝛ. nō pōt autē dei ſemel ſpū regn̄atus, ex parētum carne regnari, vt obligatio que ſoluta eſt, iterū contrahatꝛ[m]: et ideo ſemel per ceptā paruulus gratiā chriſti non amittit niſi ꝓpria impie tate[n]. verūtamen recte dicun tur parentes vel quicūqꝫ ma iores filios ſeu quoſlibet par uulos baptizatos demoniorꝫ ſacrilegijs obligare conantes ſpūaliter homicide. nam in il lis quidē interfectionē non fa ciūt: ſed quātū in ipſis[o] eſt, in terfectores fiunt. Recte ergo illis dr̄ qn̄ ab hoc ſcelere prohi bentꝛ. Nolite occidere paruu los veſtros. dicit enim Apl̄s.

Queris. ¶ hec eſt. xxvj. pars diſt. in qua dicitꝛ ꝙ pec catum parentum non nocet filio: qͥbuis eorū obla tio proſit. Joan. de fan.

¶ Caſus. Bonifaci⁹ duas fecit queſtiones Auguſtino: quarꝫ prima eſt, an malitia parentū obſit filijs cum eos offerunt ſacrificijs demoniorꝫ, ſicut eis pdeſt fides pa rentū cū baptizan tur. Secunda eſt, an patrini a mēda cio excuſentur cuꝫ p paruulis inter rogati reſpondent eos credere in deū et hmōi: qḋ tn̄ ipſi vtrum ita ſit peni tus ignorant. Pri me q̄ſtioni reſpon det Augu. in hunc modum: ſcilꝫ ꝙ ne quitia parētū non imputatꝛ filijs non conſentiētibus: ta men cum baptizan tur prodeſt eis fi des eorꝫ. actuale enim peccatum pa tris, ideo nō impu tatur filio non con ſentienti: qꝛ ali⁹ eſt fili⁹, ⁊ alius eſt pa ter. vnde cū non ſit cōis eorū aīa, cul pa non poteſt eſſe cōis. ſꝫ quia in ba ptiſmo fit remiſſio peccatorꝫ per ſpiri tum ſanctum, qui cōis eſt patri et fi lio: ideo ī baptiſmo fides parentū pro deſt filio: et ita ali ter eſt ī bono ꝙ̄ in malo. nam in malo nullus cōmunicat alij niſi conſentiat: in bono ꝓpter vni tatem ſpiritus ſan cti vn⁹ ſepe intelli gitꝛ alteri cōmuni care, ⁊ ei prodeſſe. Ad ſcḋam queſtio nem reſpondet, di cens ꝙ patrini non mētiuntꝛ cū reſpon dent pueros crede re, dicuntꝛ enī pue ri credere et fidem habere ꝓpter fidei ſacramētū quod recipiūt per baptiſmum: et cōuertere ſe ad deū propter conuerſionis ſacramētum qḋ ſuſcipiūt ſꝫ baptiſmum. vbi hoc eo tropo loquēdi quo dr̄, hodie eſt paſſio chriſti: hodie reſurrexit. cū tn̄ multi anni trāſierunt ꝙ chriſtus paſſus eſt et reſurrexit. et eſt ſenſus, hodie eſt reſurre ctio ⁊c. id eſt hodie celebratur ſacramentum reſurrectio nis. ſic dicitꝛ, puer credit. i. ſacramētum fidei ex qua cre ditur in deū, ſuſcepit. Perdiſſenam. i. in ſexta die appa ret dies et ſenus. Perenduſenā, id eſt in ſexta die, quaſi perempta ſexta die. Eius. i. fidei, id eſt baptiſmi.

xxvj. pars.

